Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26327
Copyright: Admont, Benediktinerstift

purgatus bibam uino. Obsecro agrum nouella plantationum arbusta
tenerrudinis creptam deuiorum gurgitibus aduentiam commu
nitam agminibus seimus ecclesiam spe fide caritate inaccessibilem
non est inea inmaturus omnes docibiles impetu irrumpere uel
arte eludere potest nullus. Rogo que sunt hec portenta uerborum
Quod de scriptionis dedecus. Nonne uel febrem sommare cum
putes. uel arreptum morbo freneticco ypocratis uinculis adli
gandum. Quotiens eumq. enim cum legero. ubi me defecerit spes
ibi distinctio est. Totum incipit totum pendet excaltero. Nesciet
quid cui coheret. et excepto testimonio scripturarum que illo ue
rissimo eloquentie sue flore mutare non ausus est. reliquus
sermo omni materie conuenit. quia nulli conuenit. Que res
mihi aliquam suspicionem intellegentie dedit uelle eum tra nup
tias predicare. ut uirginitati detrahat. Quando enim maiora
minoribus coequantur. inferioris comparatio superioris iniuria est.
Neq. uero nos marcionis et manichei dogma sectantes nuptias
detrahimus. nec taciam principis hereticorum errore decepti
omnem coitum spureum putamus. qui non solum nuptias
sed ibos quoq. quos ds creauit adutendum damnat et repro
bat. Scimus in domo magna non solum uasa esse aurea et ar
gentea. sed et lignea et fictilia. Et sup fundamentum xpi quod
paulus architectus posuit alios edificare aurum. argentum
lapides preciosos. alios econtrario fenum. ligna. stipulam.
Non ignoramus honorabiles nuptias. et cubile immaculatum.
Legimus primam di sententiam Crescite et multiplicamini et
replete terram. Sed ita nuptias recipimus. ut uirginitatem que
de nuptiis nascit pferam. Num qd argentum non est argentum si aurum
argento preciosius est. Aut arboris et segetis fecunditas si radici et
foliis culmo et aristis poma pferantur et fructus. Vt poma

Reidmo Leroi